



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

130 Pius Quintus in sua constitutione mandat Patriarchis, &c. ut publicare
faciant dictam ejus constitutionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

iberatione oranes, & singulas indulgen-
tias, etiam perpetuas & peccatorum
remissiones fabricæ, & ecclesiæ hu-
jusmodi, necnon Sancti Joannis Hie-
rosolymitani, etiam pro constructione,
& edificatione illius novæ civitati præ-
dictis, in quibusvis alijs hospitalibus,
monasteris, ecclesiis, domibus, mi-
litiis, Ordinibus, etiam mendicantium
congregationibus, confraternitatibus, &
pijs locis illorumque Ordinibus, ca-
pitulis, conventibus, magistris, Su-
perioribus, & tam secularibus, quam
quorumvis, etiam mendicantium Or-
dinum regularibus personis, tam sin-
gulariter, quam universaliter, per quos-
cunque Romanos Pontifices prædeces-
sores nostros, ac etiam nos sub quibus-
cunque tenoribus, & formis, & cum
quibusvis clausulis, & decretis, etiam
129 motu proprio, & ex certa scientia, ac ex
quibusvis, etiam urgentibus causis, et-
iam causa redemptionis captivorum, &
alias quomodolibet concessas, pro qui-
bus consequendis manus sunt porrigen-
dæ adiutrices, & quæ quæstuandi facul-
tatem quomodolibet continent, illarum
omnium tenores, formas, derogationes,
& decreta præsentibus pro expressis ha-
bentes auctoritate Apostolica tenore
præsentium perpetuò revocamus. Et in-
super perpetuò hac nostra valitura consti-
tutione decernimus, quod ex nunc de-
cetero sub indignationis nostræ pœna, de-
prætextu indulgentiarum, & facultatum
per quoscunque Romanos Pontifices
prædecessores nostros, ac nos & Sedem
Apostolicam, etiam motu simili, ac Se-
dis Apostolicæ legatos, & alios quomo-

dolibet concessarum, & quas à nobis;
& Sede prædicta in posterum verbo, lit-
teris, aut quavis alia scriptura, etiam ma-
nu nostra signata, etiam cum clausula,
quod sola lignatura sufficiat, etiam in
favorem, aut Crucitatæ Sanctæ, vel cu-
juscunque alterius piæ causæ etiam pri-
vilegiarum, concedi quomodolibet conti-
130 gerit; & nullus, quavis etiam Episcopali,
Archiepiscopali, Patriarchali, aut majori
dignitate, etiam Cardinalatus honore,
seu etiam Regali, vel temporali excellentia
præfulgeat, audeat, vel præsumat quæstus
facere aut nuncios quæstores, commissari-
os, thesaurarios, receptores pro illis re-
cipiendis in dictis hospitalibus, ecclesiis,
domibus, monasteriis, militiis & aliis su-
pranominatis, vel pro eis, aut illorum
nominibus alibi constituere & depurare,
nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia
nostra, & Romani Pontificis pro tem-
poore existentis, de qua per literas nostras,
& ejusdem Romani Pontificis pro tem-
pore existentis locorum Ordinariis, vel
eorum in spiritualibus Vicariis, seu offi-
cialibus derogationem præsentis nostræ
constitutionis illius tenore de verbo ad
verbū inserto expresse continentis: Nos
enim ex nunc irritum decernimus,
& inane quidquid fecus super his à quo-
quam, quavis auctoritate scienter vel
ignoranter contigerit attentari, constare
debeat.

130 Mandantes & in virtute sanctæ obe-
dientiæ omnibus, & singulis venerabili-
bus fratribus nostris, Patriarchis, Primati-
bus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus
in civitatibus, & diœcesis suis præsen-
tes nostras litteras publicare, & observa-

Hhh h2 te de-

[¶]e debeat, rogantesque omnes, & singulos Principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales, eisque per vi- seera misericordiae Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum suo- rum injungentes, quatenus in præmissis eisdem Patriarchis, Pramatibus, Archiepi- scopis, & Episcopis assistant, & suum au- xilium, & favorem præstent cum auxilio brachij secularis.

[¶]31 Non obstantibus præmissis, ac [†] qui- busvis Apostolicis, nec non provincialibus, & Synodalibus concilii editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricæ ecclesiæ, hospitalium monasteriorum, militiarum, confraternitatum, ordinum, capitulorum, conventuum aliorumque locorum prædi- storum, & quorumvis illorum membrorum ecclesiastarum, etiam cathedralium, & metropolitarum, etiam juramento, con- firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, & praesertim S. Joannis, & S. Lazari, & Sancti Spiritus in Saxia hospitalibus, necnon S. Antonij, de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Jonij monasteriis, iporumque monaste- riorum hospitalibus, singulorumque eo- rum conventibus superioribus, & perso- nis præfatis per quoscunque Romanos Pontifices. Praedecessores, ac nos, & Sedem Apostolicam sub quibusunque rebus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque ef- ficiacioribus, & insolitis clausulis, necnon iuritanibus, & aliis decretis, etiam motu-

simili, & ex certa scientia, ac quavis eti- ana Imperiali, vel regali consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet con- cessis, approbatiss, & innovatis, quibus omnibus etiam, si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis ten- toribus specialibus specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas genera- les idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenoris hu- jusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu, scien- tia, & potestatis plenitudine similibus spe- cialiter, & expresse derogamus, & suffici- enter derogatum esse volumus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus commu- niter, vel divisi ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de- indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes litteræ in Can- cellaria nostra Apostolica, & acie Cam- pi Floræ de more publicentur, & in- ter constitutiones perpetuò valitas de- scribantur.

¹³² [†] Et quia difficile foret, easdem præsen- tes ad singula quæque loca deferri, volu- mus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prout fides ad- hibetur, quæ adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostendæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

no:

